



semitas eius. **F**uit iohannes in deser-
to baptizans. & predicans baptismum
penitentiae in remissionem peccatorum. **E**t
egrediebatur ad illum omnis iudee regio
& ierosolimita uniuersi. & baptizaban-
tur ab illo in iordane flumine. confi-
tentes peccata sua. **E**t erat iohannes
uestitus pilis cameli & zona pellicea
circa lumbos eius. & locustas & mel
siluestre edebat. **E**t predicabat dicens
Venit fortior me post me. cui non sum
dignus percumbens soluere corrigiam
calciamentorum eius. **E**go baptizo uos
aqua. ille uero baptizabit uos spiritu sancto.
off **A**d te domine leuavi animam meam deus meus utrum
fido non erubescam neque irideam me in uerba mei
& enim uniuersi qui te expectant non confundentur.
Hec sacra nos domine potenti uir **secta**
ante mundatos. ad suum faciant
puriores uenire principium. **P**ro **o** **o** **ns**

VIII B20 125
retur accepit panem in gratias ac uenera-
biles manus suas. eleuatis oculis in
caelum. ad te domine patrem suum omni-
potentem tibi gratias agens. benedixit.
fregit. dedit discipulis suis dicens. acci-
pite & manducate ex hoc omnes. hoc est
enim corpus meum. **S**imili modo postea
quam cenatum est. accipiens & hunc
preclarum calicem in gratias ac uenerabiles
manus suas. item tibi gratias agens. bene-
dixit. dedit discipulis suis dicens. Accipite
& bibite ex eo omnes. hic est enim calix
sanguinis mei. noui & aeterni testamen-
ti. mysterium fidei. qui pro uobis. & pro mul-
tis effundetur in remissionem peccatorum.
hec quotiens eumque feceritis in mei me-
moriam facietis. **U**nde & memores
domine nos tui serui. sed & plebs tua sancta &
filius tui domini dei nostri. beate passionis nec
non & ab inferis resurrectionis. sed & mee

